

ja, Rimino, Roma, Siena, Treviso, Udine, Venezia, Verona, Vicenza, e purchè le dette predicazioni siano principate almeno dalla Festa di tutti i Santi, e proseguite in tutti li giorni festivi sino alla terza Festa del Santo Natale, dichiarando in oltre, & espressamente determinando, che sotto questa medesima legge sieno, e s'intendano compresi anche quei Predicatori generali già approvati, e che non hanno conseguito fin ora il grado di Magistero. Saranno ancora approvate per requisiti come sopra le Predicazioni Quaresimali, che averanno fatte per una sol volta rispettivamente nelle infrascripte Chiese Catedrali, cioè Ancona, Aquila, Aversa, Bari, Bergamo, Bologna, Brescia, Capua, Cantanaro, Cesena, Chieti, Cosenza, Faenza, Fermo, Ferrara, Firenze, Foggia, Foligno, Genova, Imola, Lecce, Livorno, Mantova, Matera, Messina, Milano, Modena, Napoli, Padova, Palermo, Parma, Pavia, Perugia, Pefaro, Piacenza, Pisa, Pistoja, Prato, Rimino, Roma, in una delle Basiliche, Salerno, Siena, Sorrento, Taranto, Terni, Torino, Treviso, Udine, Venezia, Verona, Vicenza, e Viterbo, siccome ancora si approveranno in tal forma i Quaresimali, che sogliono da Noi darli per le Chiese dell' Ordine esistenti nelle suddette, & in altre Città, riferbando al nostro arbitrio di approvare in qualità pure di requisito l'annuale di Genazzano per la venerazione, che portamo a quel Santuario.

Predicatio confirmari petit Prior Generalis.

Benigne praeavit Clemens.

§.2. Præterea in eadem expositione subjuncto, quod ipse Nicolaus Antonius Prior Generalis præmissa quo firmius subsisterent, & exactius fervarentur, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communi, & alias in præmissis opportune a Nobis provideri summopere desiderabat.

§.3. Nos ipsius Nicolai Antonii Prioris Generalis supplicationibus benigne inclinati, prædictum Decretum super designatione dicarum Urbium Italiae, & annuali requisita ad Magisterium in dicto Ordine assequendum insigniores habendæ, & reputandæ debuissent, sicut præmittitur editum, auctoritate Apostolica approbavimus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiecimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenissent supplevimus. Voluimus insuper, ac eadem auctoritate declaravimus Decretum prædictum etiam locum habere quoad Fratres dicti Ordinis, qui post decennium concionum hujusmodi cum approbatione ejusdem Ordinis Priorum Generalium ipsius Nicolai Antonii antecessorum iam expletum tamen ad Magisterii lauream promoti fuerint in eo comprehendi, itaut conciones ab eis peractæ etiam a dictis Prioribus Generalibus approbatæ vim legitimi ad præmissa requisiti non obtinerent, nisi in aliqua ex designatis Urbibus habitæ fuissent, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 10. Novembris 1733. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro ex-

presso, & inserto haberi volumus uberius dicitur contineri.

4. Quoniam autem, sicut d. Nicolaus Ant. Prior Gen. Nobis nuper exponi fecit, inter cetera requisita pro assequendo gradu Magisterii hujusmodi, lectio S. Scripturæ, quæ in Ecclesia S. Augustini de eadem Urbe Ordinis prædicti habetur, quæ maximi laboris est comprehensa, minime reperitur, ac insuper in supradicto Capitulo generali (licet in memoratis nostris literis id minime expressum fuerit) sancitum fuit, quod intra decennium Prædicationis uniusquisque ex Prædicatoribus prædictis omnino in aliqua ex Civitatibus nempe Urbis prædictæ Bononiæ, & Florentiæ absque ulla indulgentia pro assequendo gradu Magisterii prædicti verbum Dei prædicare deberet, ipse Nicolaus Antonius Prior Generalis Civitatem etiam Paduanam intuitu Universitatis Studii generalis, quæ in ea existit, comprehensam etiam esse per Nos declarari plurimum desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.5. Nos igitur dictum Nicolaum Antonium amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de cetero licet inter alia requisita in Decreto Capituli Generalis supradicti præmissa, & Prædicatoribus generalibus ejusdem Ordinis pro assequendo gradu Magisterii præscripta Lectio Sacræ Scripturæ pro tempore in Ecclesia S. Augustini de eadem Urbe dicti Ordinis comprehensa non sit, nihilominus non solum lectio prædicta cuicumque ex Fratribus ipsius Ordinis, qui eam in dicta Ecclesia peregerit, ad supradictum effectum suffragetur, & suffragari debeat, verum etiam quot annis illam expleverit, tot anni pro requisitis prædictis computentur, auctoritate prædicta tenore præsentium decernimus, & declaramus.

§.6. Ac insuper pari auctoritate volumus, & præcipimus, ut uniusquisque ex eisdem Fratribus intra decennium prædicationis, ut præmittitur, pro hujusmodi effectu præscriptum in quibuscumque Civitatibus supradictis explendum in aliqua omnino Civitatum, sive Urbis nostræ prædictæ, sive Bononiæ, sive Florentiæ, sive Paduæ verbum Dei pro assequendo gradu hujusmodi prædicare debeat, & teneatur, alioquin Conciones per eum peractæ vim legitimi ad præmissa requisiti non obtineant.

§.7. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, inconcusse observari.

Modo supplicat declarari Lectionem S. Scripturæ in Ecclesia S. Augustini de Urbe per decennium faciendam sufficere ad Lauream consequendam inter principales Urbes adnumerari.

Sicque declarat Pontifex.

Etiam quoad Civitatem Patavinam.

Clausula ad stabiliendam prædicatorum omnium observantiam.

varari, illisque respective plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam, Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scierit, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§.8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit supradicti Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10. Aprilis 1739. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Aprilis 1739. Pont. Nostri Anno Nonno.

CCLVI.

Jubilæum pro Christianis Italiae, & Insularum adjacentium Divinam operam contra Turcas, & Pestem implorantibus.

CLEMENS PP. XII.

Universis Christianis præsentibus Literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

In calamitatibus recurrendum ad Deum Scriptura docente eradicimus.

§.1. Quam in omnibus fere Sacræ Scripturæ paginis ad eruditionem unicuique traditam doctrinam, luculentissimam tum veteris, tum novi Fœderis exemplis comprobata, confirmari in dies experimur, ut omnem in Deo nostro reponentes fiduciam, opportunum ad avertendam propulstandaque quæcumque impendentia mala per salutaris poenitentiae lamenta, jejunia, elemosynas, sinceræque obsecrationes a misericordiarum, Patre, & Deo totius consolationis auxilium præstolemur; hanc etiam in Christianis mentibus insitam semper & venerata tamquam Fidei galeam, & inexpugnabile salutis scutum in omnibus angustiis assumere decet unumquemque; Catholica certe Ecclesia tum maxime se obstrictam esse novit, cum aut gravissimas urgere necessitates, aut adversus Christiani nominis Cultores ab insensibilis hostibus arma inferri, calamitatesque, & excidium intentari animadvertit.

Orto itaque bello in Hungaria insidente a Pontifice private supplicationes.

§.2. Nos autem, quibus plane immentibus suprema omnium Ecclesiarum sollicitudo, & cura a Pastorum Principe Jesu Christo demandata est, cum bellum, tertius jam annus est, ex quo exarserat, in Hungaria periculosissimum cum Turcarum Tyranno agitari inaudivissemus, tum

privatis, tum publicis indicis precibus Dominum Deum Exercituum exoravimus, ut mitteret auxilium suum de Sancto, & effunderet iram suam in Gentes, quæ in fortitudine sua gloriabantur. Hoc idem elapso anno non intermissis obsecrationum studiis præstare non omisimus.

Ingravescente autem hujusmodi bello eas publicas esse statuit.

§.3. Quoniam autem tantum bellum majoribus, quam antea, viribus ex toto Oriente comparatis, & effertori rabie ab Othomano furore hoc anno instaurari, pestemque adhuc durare accepimus; primum quidem in humilitate cordis nostri cum gemitibus, & lacrymis prosternimus preces nostras ante faciem Dei nostri, ut respiceret in hereditatem, quam acquisivit sanguine suo; deinde vero quæcumque potuimus, industriae opisque consilia, & auxilia alacri studio conferre curavimus. Tandem scientes concordem supplicantis Ecclesiæ ad Dominum Orationem potentior, quam cetera, esse, ut ponat ille oculos suos ad placandum, & liberandum populum suum ab iis, qui confidunt in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine Bellatorum: publicas quoque preces iterum, sed ardentiori Charitatis fervore conjunctas in universa Italia, eique Insulis adjacentibus indicendas esse arbitramur: ut Dominator Cælorum, qui pius, & misericors est, & propitiatur invocantibus se in veritate Deus noster, & non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam, benedicat Nos, ac tueatur; & metuant eum. Adversarii nostri, & confundantur, & dispareant, & fiat Pax in diebus nostris, & lætemur in salutaris sui. Verum, ut Orationum suffragia accepta sint in conspectu Dei nostri, & fructuosius omnia peragantur, ex præfata Romana Ecclesiæ omnium Matris, & Magistræ more, cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ commisit Divina dignatio aperire, & liberali manu erogare decrevimus.

Jubilæum universis indicit in Urbe.

§.4. Itaque de Omnipotentis Dei Misericordia, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ac illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, omnibus, & singulis utriusque Sexus Christianis, tam in hac alma Urbe Nostra, quam in universa Italia, & Insulis ei adjacentibus hujusmodi degentibus, quorum iis, qui in prædicta Urbe Nostra solemniter Processioni Dominica prima mensis Maii proxime venturi, in qua Inventionis Sanctissimæ Crucis D. N. J. C. festum celebratur, ab Ecclesia S. Mariæ in Vallicella, nuncupata de eadem Urbe ad Basilicam Principis Apostolorum in Vaticano, universo interveniente Clero, & Populo, agenda devote interfuerint; vel S. Joannis in Laterano, ejusdem Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris dictæ Urbis Ecclesiis, seu Basilicis, vel earum aliquam intra spatium duarum hebdomadarum, & supradicta Dominica inchoandarum, & usque ad Dominicam Pentecostes inclusive decurrendarum saltem semel devote visitare.

Extra Urbem
prescripta
forma illud
adsequendi.

taverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces, ut supra effuderint, ac quarta, & sexta feriis, & Sabbatho alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint.

§. 5. Ceteris vero extra Urbem prædictam, ut præmittitur, degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum saltem semel vili taverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quarta, & sexta feriis, ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, partiterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam SSinâ Communionem refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Quid peragendum sit a Navigantibus stant.

§. 6. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, superscriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint & valeant: Regularibus autem personis utriusque Sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis, quibuscumque tam Laicis, quam Ecclesiasticis Secularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento deventis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbata a Locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus erogare possit, eaque injungere, quæ ipsi Poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus & indulgemus.

Facultatem impertire legendi sibi Confessarium cui peculiare tribuit facultates.

§. 7. Insuper omnibus, & singulis Christianis utriusque Sexus tam Laicis, quam Ecclesiasticis, Secularibus, & Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe prædicta, quam extra eam in universa Italia, & Insulis ei adjacentibus prædictis, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere

possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Sacularem, quam cujusvis Ordinis & Instituti Regularem ex approbatis, ut præmittitur, a Locorum Ordinariis, qui eos ab Excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis Sententiis, & Censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam Locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in Literis die Cœnæ Domini legi solitis, contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro Conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quæcumque (Religionis & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutaria, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 8. Quapropter tenore præsentium in virtute Sanctæ Obedientiæ districte præcipimus atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel, iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum præsentium litterarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 9. Non intendimus autem per præsentia super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quocummodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentia iis, qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Judice Ecclesiastico, etiam eorum nomine speciatim non expresso excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dd. duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum Partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queat; necnon

A Patriarchis cœlestique Episcopis hujusmodi Jubilæum publicari præcipit.

Reservatio casuum.

Derogatio contrariorum.

Transumptis dauda fides.

Dat. die 25. Aprilis 1739. An. IX.

In Indiis institutus Tertius Ordo Carmelitarum Discalceatorum.

Hinc se adscribere nonnulli Tertiariorum Ordinis S. Francisci, qui cum ex hoc Ordine ex-

non regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum Regularium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expressè ad effectum præmissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Ut autem præsentia nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut exemplum præsentium transumptis, vel exemplum etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, ut præfertur, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 25. Aprilis 1739. Pontificatus Nostri anno Nono.
D. Card. Passioneus.

CCLVII.

Commissio Archiepiscopo Mexicano, ut declaret Tertiariorum Ord. FF. B. Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ aliis Ordinibus adscriptos omnium Ordinum promiscue Indulgentiis uti posse.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Vincentii a Conceptione Fratris expressè professi, ac Procuratoris Generalis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ Nobis expositum fuit, quod in quamplurimis ex Conventibus Ordinis, & Congregationis hujusmodi in Indiis existentibus in vim privilegiorum eidem Ordini a fel. rec. Nicolao V. & Bonifacio VIII. concessorum, & a Sixto IV. & Clemente itidem VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris confirmatorum tertius Ordo ejusdem B. Mariæ erectus, & institutus reperitur.

§. 2. Verum quia non pauci ex Tertiariorum prædictis Tertio Ordini Fratrum Minorum S. Francisci adscripti existunt, in Oppido Civitate nuncupata de Toluca Mexican. Dioecesis dubium excitatum fuit, an Bull. Rom. Tom. XIV.

Tertiariorum utriusque Ordinis hujusmodi Indulgentiis, gratiisque spiritualibus promiscue frui possent, & licet primordii Ordinis, & Congregationis Superiores nullam in hac re difficultatem haberent, nihilominus Tertiariorum ejusdem S. Francisci absque ulla ratione non solum contradicere, verum etiam ex eorum libris omnes illos, qui Tertio Ordini B. Mariæ hujusmodi adscripti erant, deleri ausi fuerunt. Quare dicti Tertiariorum B. Mariæ de Monte Carmelo, qui seculares existunt, & privilegio fori minime gaudent, sed tantummodo Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium indulto fruuntur, ea de causa ad Venerabilem Fratrem modernum Archiepiscopum Mexicano. recursum habuerunt, qui auditis rationibus hinc inde deductis, consideransque charitatem, piæque devotionem Christianorum erga Regulares Ordines non esse restringendam, sed omnibus ad animarum salutem mediis amplificandam, mandavit Tertiariorum B. Mariæ prædictos reintegrandos, & Tertio Ordini S. Francisci, unde delati fuerant iterum adscribendos esse.

Archiep. declaravit, illos esse reintegrandos.

§. 3. Quamvis autem mandatis prædictis Tertiariorum S. Francisci prædicti paruerunt, excitataque controversia utrinque composita fuerunt, tamen dictus Vincentius Procurator Generalis ad auferendas perturbationes, confusionesque, quæ ea super re in posterum exoriri possent, Instituto Ordinis, & Congregationis hujusmodi hoc unum spectanti, ut ejusdem Ordinis, & Congregationis Tertiariorum quodcumque aliud medium ad illorum salutem conducens suscipiant, & in illo perseverent, inhiens, Tertiariorum utriusque Ordinis, sive alteri, ex dictis, sive cujuscumque alii adscriptos omnibus Indulgentiis, & gratiis spiritualibus promiscue gaudere per Nos declarari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Procurator Generalis Discalceatorum hanc sententiam a Pontifice peti confirmari.

§. 4. Nos igitur piis ejusdem Vincentii Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porreptum remisimus, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia nuncupatorum, audierunt, consilio, eidem moderno, & pro tempore existentis Archiepiscopo Mexicano per præsentia committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, ad supradictam declarationem juxta petita, auctoritate nostra

De concilio itaque Congregationis Concilii committit Clemens d. Archiep. ut præfatam declarationem publicet.

A a a Apo.

Hæcæ Literæ perpetuo præcipit observari.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 13. Maii 1739. An. IX.

Apostolica pro suo arbitrio, & conscientia gratis deveniat, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.5. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & in futurum spectabit plenissime suffragari, & ab eis inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinum prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium, præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 13. Maii 1739. Pont. nostri Anno IX.

CCLVIII.

Subiectio Militiæ Beatæ Mariæ de Montefas Consilio Ordinum a Rege Catholico instituta.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Adrianus VI. & Sixtus V. Regibus Catholicis Militiarum de Spatha, de Alcantara, de Calatrava, & de Montefas administrationem, & regimen commiserunt.

§.1. Nuper pro parte Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nobis expositum fuit, quod dudum scilicet re. Adrianus Sextus per quasdam suas sub Plumbo quarto Nonas Maii anni 1522. administrationem militiarum S. Jacobi de Spatha, de Calatrava, & de Alcantara Regno Castellæ, & Legionis; ac Sixtus V. Romani Pontifex Prædecessores nostri per suas itidem sub Plumbico die 15. Martii 1577. expeditas literas alterius militiæ Beatæ Mariæ de Montefas filialis supradictæ de Calatrava Regno Aragoniæ, seu illorum Regi pro tempore existenti nonnullis tunc expressis causis perpetuo conjunxerunt, & incorporarunt, ac omnimodam facultatem, & potestatem, ea quæ dictarum militiarum spiritualia concernerent, per personas supradictarum omnium militiarum regulares per eosdem Castellæ, & Legionis, ac Aragoniæ Reges ad illorum nutum amovibiles deputandas, probe, & laudabiliter exercere facere deberent, & tenerentur; Quibus sic deputatis personis omnia, & singula, quæ dicta-

rum omnium Militiarum Magistri, etiam pro tempore existentes in eisdem spiritualibus de Jure, consuetudine, aut alias quomodolibet facere, gerere, exercere, disponere, mandare, ordinare, & exequi poterant, & consueverant faciendi, gerendi, exercendi, mandandi, disponendi, ordinandi, & exequendi etiam perpetuo tribuerant, & alias prout in eorumdem Adriani, & Sixti Prædecessorum expeditis literis, quarum tenores, præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius dicitur contineri. Militia vero Beatæ Mariæ de Montefas hujusmodi ad usque annum 1707., in quo memoratus Philippus Rex Consilium Regni Aragoniæ in Civitate Valentie erectum, per quod militia hujusmodi administrabatur penitus extinxit, abrogavitque, aliter, atque supradictæ militiæ gubernabantur, administrata fuit. Præterea Regna Aragoniæ, & Valentie ipsæ abque ulla differentia legibus, quibus Regnum Castellæ regitur, ceperunt moderari. Idem Philippus Rex Clientas, seu dependentias dictæ Militiæ Beatæ Mariæ de Montefas Regis Ordinum hujusmodi consilio univit, & incorporavit, & ad dictum Ordinum Consilium cognitionem rerum temporalium militiæ hujusmodi, & ad illius Assessoris Generalem rerum spiritualium, prout antea Consilium Aragoniæ antequam suppressum fuisset, peragebat, spectare voluit, & totum id usque ad obitum tunc in humanis agentis Vincentii Monserrat ultimi Assessoris Generalis Militiæ de Montefas hujusmodi permansit.

2. Quoniam autem d. Philippus Rex exoptans, ut dicta Militia B. Mariæ de Montefas tam in spiritualibus, quam in temporalibus, prout alia supradictæ Militiæ gubernentur, cum hujus tamen Militiæ particularium Diffinitionum observantia in posterum, extincto tamen illius Assessoris Generalis officio, administraretur, ac propter reductionem Regnorum Aragoniæ, & Valentie gubernio Castellæ, ut præmittitur, administratio Militiæ Beatæ Mariæ de Montefas hujusmodi Regio Ordinum consilio, prout alia supradictæ Militiæ existunt, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, tum pro decisione causarum ad eandem Militiam spectantium, tum pro modo nominandi informantes, ac videndi, & decidendi probationes Militiæ hujusmodi, necnon mandandi pro reliquis ordinationibus, quas dictus Philippus Rex expedire judicaverit, absolute subiecta remaneat, & in Civitate Valentie Tribunal locum tenentis Generalis dictæ Militiæ cum qualitate substituti seu dependentis in omnibus, & per omnia dicti Regii Consilii Ordinum cum observantia illius particularium Diffinitionum, sicut præmittitur, remanere debeat, cum conditione, quod Præsident, seu Gubernator Regii Consilii Ordinum hujusmodi inter Ministros dicto Consilii aliquem ex Fratribus militibus expresse professis Militiæ hujusmodi, qui dicto Consilio Regis, & negotiis in eo tractandis necessario intersint semper admittendum, & retinendum curet,

Extincto Consilio Regni Aragoniæ Philippi V. Militiam de Montefas Consilio Ordinum univit.

Ac per Præsidentem dicti Consilii cum peculiaribus Diffinitionibus gubernari voluit.

Et Pontifici supplicat pro hujus stabilimentis approbatione.

Petitis annui Pontificis.

curet, proinde ipse Philippus Rex officium Assessoris Generalis Militiæ hujusmodi tam in spiritualibus, quam in temporalibus in posterum prout aliarum primordiarum Sancti Jacobi, Calatrava, & Alcantara Militiarum cum supra expressis conditionibus ad dictum Consilium Ordinum spectare, & ad hunc effectum prædictæ Sixti, seu aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus derogari plurimum desiderat.

§.3. Nobis propterea ejusdem Philippi Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne consulere, ipsumque Philippum Regem specialibus favoribus, & gratis protequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum nobis porrectum remisimus, qui votum dilecti filii nostri Ludovici S. R. E. prædictæ Presbyteri Cardinalis Belluga nuncupati, ad hujusmodi negotium examinandum ab eisdem Cardinalibus deputati perpenderunt, consilio, officium Assessoratus Generalis Militiæ Beatæ Mariæ de Montefas cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, præminentia, jurisdictione, dependentiis, annexis, & connexis ad effectum præsentium spectantibus, & pertinentiis, quibus Assessores Generales pro tempore existentes Militiæ hujusmodi ante deputati uti fuerunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium abolemus, revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacamus, ac ex nunc pro tunc revocatas, cassatas, irritas, & annullatas existere, & fore decernimus, & declaramus, eandemque Militiam Beatæ Mariæ de Montefas hujusmodi in futurum tam quoad temporalia, quam quoad spiritualia gubernari a Consilio aliarum supranunciatarum Militiarum, & ad instar illarum cum præservacionibus supra expressis, auctoritate, & tenore prædictis præcipimus, volumus, & mandamus; Ita tamen, ut assistentia Fratris Militis expresse professi dictæ Militiæ de Montefas cum regis Ministris memorati Consilii Ordinum esse debeat suffragando cum eisdem quin pro diversitate negotiorum ejus assistentia variari possit. Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.4. Nos igitur piis ejusdem Philippi Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne consulere, ipsumque Philippum Regem specialibus favoribus, & gratis protequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum nobis porrectum remisimus, qui votum dilecti filii nostri Ludovici S. R. E. prædictæ Presbyteri Cardinalis Belluga nuncupati, ad hujusmodi negotium examinandum ab eisdem Cardinalibus deputati perpenderunt, consilio, officium Assessoratus Generalis Militiæ Beatæ Mariæ de Montefas cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, præminentia, jurisdictione, dependentiis, annexis, & connexis ad effectum præsentium spectantibus, & pertinentiis, quibus Assessores Generales pro tempore existentes Militiæ hujusmodi ante deputati uti fuerunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium abolemus, revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacamus, ac ex nunc pro tunc revocatas, cassatas, irritas, & annullatas existere, & fore decernimus, & declaramus, eandemque Militiam Beatæ Mariæ de Montefas hujusmodi in futurum tam quoad temporalia, quam quoad spiritualia gubernari a Consilio aliarum supranunciatarum Militiarum, & ad instar illarum cum præservacionibus supra expressis, auctoritate, & tenore prædictis præcipimus, volumus, & mandamus; Ita tamen, ut assistentia Fratris Militis expresse professi dictæ Militiæ de Montefas cum regis Ministris memorati Consilii Ordinum esse debeat suffragando cum eisdem quin pro diversitate negotiorum ejus assistentia variari possit. Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.5. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, Bull. Rom. Tom. XIV.

Sicque semper, & ubique servari præcipit.

etiam de latere Legatos, ac Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus quatenus opus sit dicta Sixti, aliisque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ militiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 22. Maii 1739. Pont. nostri Anno Nono.

CCXLIX.

Confirmatio nonnullarum Conventionum pro Provincia Lombardiæ Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Collegia, & Seminaria, in quibus adolescentibus a teneris annis antequam a vitiorum contagione affluerent, ad pietatem, ac Religionem informari solent, quantum ad mores compositionem, sacrarumque Doctrinarum eruditionem in Catholica Ecclesia utilitatem attulerint semper cogitantes, eorumdem institutionem quantum cum Domino potuimus, promovere, atque incrementa provehere, & adaugere statuimus, necnon quæcumque ad ipsorum commodum conducentia sive pacta, sive uniones, sive conventiones quocumque modo, ac tempore inita Apostolicæ nostræ confirmationis robore, cum a Nobis petitur libenter communiri satagimus, & gelimus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Præpositus Provincialis Provincia Lombardiæ Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum, quod Collegio a Clericis Regularibus Congregationis hujusmodi in Civitate Mediolanensi ad educandos, instituendisque tam in pietate, quam in humaniorum, bonarumque artium studiis nobiles Convictores erecto, cum alterum simile subinde Collegium, quod in eadem pariter Civitate juxta piam dispositionem quon. Petri Antonii Longone

Derogat obstatibus.

Dat. die 12. Maii 1739. An. IX.

Provinciam.

Per Provinciam Lombardiæ unira infirmis Collegia duo Civitatis Mediolan. cum apostolicis conditionibus.

sub eorumdem Clericorum Regularium regimine, ac literaria disciplina fundandum erat, eidem unitum, & incorporatum fuerit. Unio, seu incorporatio huiusmodi inter dilectos filios Josephum Mariam Olivazzi Clericum Regularem Congregationis praedictae Rectorem primordii Collegii, & Deputatos Collegii sic erigendi sub nonnullis Conventionibus, & mutuis cessionibus concordata fuit.

§. 2. Ipse vero Josephus Maria, ut nihil omitteret, quod ad dictarum conventionum, mutuarumque cessionum stabilitatem conservandam conducere ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum pro approbatione, & confirmatione earumdem conventionum, & cessionum supplicem libellum porrexit.

§. 3. Quae sane Congregatio Cardinalium auditis prius dilectis quoque filiis Praeposito Generali dictae Congregationis, ac Vicario in spiritualibus Generali Venerabilis Fratris Archiepiscopi Mediolanensis commisit eidem Archiepiscopo, ut veris existentibus narratis supradictam Collegiorum unionem cum conditionibus iustis, addito tamen pacto revertivo, & regressu ad primava jura in casu inobservantiae pactorum, seu dissolutionis unionis pro suo arbitrio, & conscientia approbaret, & confirmaret.

§. 4. In vim vero decreti huiusmodi dilectus pariter filius Jo: Baptista Campagnoli Vicarius Generalis Archiepiscopi Mediolanensis vigore facultatis a praedicta Congregatione Cardinalium Archiepiscopo Mediolanensi praedicta attributae, ad huiusmodi negotium Subdelegatus Apostolicus confirmavit, & approbavit supradictam unionem cum conditionibus tenoris, qui sequitur videlicet: = Joannes Baptista Abbas Campagnoli J. U. D. Prothonotarius Apostolicus Curiae Archiepiscopalis Mediolani Vicarius Generalis, & in hac parte Subdelegatus Apostolicus, ut infra.

§. 5. Visis praesentibus Sacrae Congregationis Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum porrectis pro parte Rev. Patris Rectoris Collegii Nobilium Imperialium nuncupati Mediolani una cum Decreto ejusdem Sacrae Congregationis diei vigesima secunda Mensis Novembris proxime praeteriti directo pro executione Illmo, & Rmo Dno Archiepiscopo Mediolani, necnon Subdelegatione in Nos facta ad illud exequendum tenoris sequentis videlicet:

§. 6. Eius, & Rmi Signori = Don Giuseppe Maria Olivazzi Clerico Regulari di S. Paolo Rettore del Collegio Imperiale de Nobili in Milano Oratore Umilissimo dell' EE. VV. affine di unire con evidente utilità al suo Collegio quasi privo d'ogni reddito altro Collegio detto Longone in prossimo da erigeri da Persone laiche dotato di molti fondi fruttiferi in guisa, che ambedue formino un sol corpo sotto la perpetua direzione de nominati Religiosi ha concordate colli Deputati dell' altro Collegio alcune Capitolazioni qui appresso

deferrite, nelle quali alli num. 1. 3. 9. si cede a Conservatori di detto Collegio Longone il dominio, ed amministrazione di quei pochi beni, che possedeva il primo Collegio da servirsene però sempre in uso de Padri, e Convittori di detto Collegio, che però per poter venire a detta cessione validamente supplica umilmente l'EE.VV. dell'opportuna facoltà &c.

Capitolazioni.

§. 7. Essendosi dagl'Illmi Signori Conservatori del Collegio Longone sotto giorno il primo Ottobre 1723. concessa in affitto a molto RR. Padri Barnabiti la Casa grande in Parochia di S. Alessandro di ragione dell'Eredità Longona, in cui aprire potessero un loro Collegio de Nobili, quale facesse strada allo stesso Collegio Longone in quel tempo, che detti Signori Conservatori avessero stimato proprio d'aprirlo, e tale accordo fu fatto con quella assistenza a detti RR. PP. prestata, e con i patti stabiliti, che risultano dalla Scrittura privata di detto giorno, ed anno.

Essendosi pure nel 9. Capitolo di detta Scrittura convenuto, che la suddetta concessione avesse il suo fine quando fossero soddisfatti detti Signori Conservatori de loro crediti verso detti RR. PP., e determinassero di voler aprire detto Collegio Longone, oltre molte altre convenzioni in progresso seguite, delle quali consta per alcune ordinazioni capitulari dell'13. e 17. Marzo, e 29. Giugno dell' Anno 1725. passato.

Ed avendo ora li presentanei Signori Conservatori dopo diligente scandaglio dello stato dell'Eredità Longona deliberato di aprire nell' Anno presente 1737. detto loro Collegio Longone, ed in conseguenza di porre fine alla precedente convenzione, del che passata la notizia a detti molto RR. PP. abbino stimato proprio di fare varie proposizioni, con che fosse ad essi concessa in perpetuo la direzione di detto Collegio, quali riconosciute da Signori Conservatori degne della loro approvazione, come è parlo a medemi di non poter destinare a detto Collegio Direttori più degni per il regolamento del medemo e più convenienti alla mente del fu Nobile Signor Segretario Pietro Antonio Longone Fondatore, quale dimostrò tutta la confidenza ne medesimi Padri, ordinando che li Collegiali fossero allevati alle loro Scuole. Perciò si è venuto alla presente scrittura di convenzione, ed accordo, in cui.

I. In primo luogo atteso gl' infrascritti patti corrispettivi, e reciprochi l'una e l'altra Parte, si dà per intieramente, soddisfatta di quanto rispetto alli Signori Conservatori hanno sovvenuto, e dovrebbero conseguire anche per fitti di Case dell' Eredità Longona godute da detti RR. PP. ad uso del loro Collegio, e li molto RR. PP. di quanto hanno speso, ed altro nelle Case di detto Collegio, e nella provizione de mobili stimati del valore di Lire trentadue mil-

Congregatio-
n Concilii di-
stas conditio-
nes h'propofuit
confirmandas

D. Congre-
gatio ten re-
nuit arbitrio
Archiepiscopi

Vicarius Ge-
neralis ab Ar-
chiepiscopo Sub-
delegatus eas
confirmavit.

Litterae testi-
moniales rei
gestae.

Supplex Li-
bellus Con-
gregae Con-
cilio a praefato
Provincia-
li porrectus.

Conventiones
interutrumq;
Collegium
initae.

mille novecento sessantaotto, e soldi 14. dico Lire 32968. 14. quali faranno per l'avvenire di piena ragione, e dominio del Collegio Longone, e dovranno successivamente mantenersi da molto RR. PP. Direttori, come abbasso col prodotto delle Dozzine, ed altri emolumenti, che potranno ricavarli da Sig. Convittori, quali veranno educati in detto Collegio: la stima de quali mobili si consegna presentemente in forma probante da conservarsi nell' Archivio dell' Illmo Capitolo di detto Collegio Longone.

II. Per l'avvenire il Collegio dovrà chiamarsi il Regio ed Imperial Collegio Longone esponendosi ne' Luoghi che li Signori Conservatori stimeranno più propri le armi di S. M. CC. sotto la di cui protezione, anche in seguito della mente del Fondatore dovrà perpetuamente conservarsi, come pure dovranno, dove sarà più conveniente a giudizio de Sig. Conservatori esponderli le Insegne Gentilizie del fu nobile Sig. Segretario Pietro Antonio Longone Fondatore del medemo Collegio.

III. Il Dominio di detto Collegio, e dei Beni tanto presenti quanto futuri, e la totale amministrazione delle rendite s'intende riservato all' Illmo Capitolo composto da Sig. Conservatori, esclusa ogni, e qualunque ingerenza de detti Padri, con dichiarazione però, che le dette Dozzine, ed altri Emolumenti procedenti dalla direzione del Collegio debbano passare alle mani del molto R. P. Rettore pro tempore per valersene nella manutenzione de PP. Sig. Convittori, Servitù, ed altri usi di detto Collegio dando ogni anno tutti li conti dell' entrata, & uscita all' Illmo Capitolo, o a quello, o a quelli de Sig. Conservatori, che faranno dal medemo a tal effetto delegati, senza che mai per alcun tempo, o per alcuna causa possa proporsi eccezione alcuna per iscusarsi, meno esserli dal sudetto rendimento de conti ogni anno; Rispetto poi alla Casa, e beni di Castellazzo de Barzi, che furono acquistati per Istromento del giorno 14. Luglio 1736. rogato dal Notaro, e Causidico di Milano Sig. Dottor Antonio Gio: Baptista Besozzi a nome del Collegio Imperiale de PP. Barnabiti, si dichiara, che detto acquisto sia stato fatto con previa intelligenza, ed utilità, commodo, e Conto del Collegio Longone, al quale effetto dal M. R. P. Rettore Olivazzi è stato consegnato il sudetto Istromento con tutte le Scritture attinenti al medemo per riporre nell' Archivio dell' Illmo Capitolo del detto Venerando Collegio Longone, e come che il motivo di fare detto acquisto fu quello di avere una Casa di Villa per li Sig. Convittori nel tempo delle Vacanze, nè essendo facile, e comodo alli Illustrissimi Sig. Conservatori il maneggio de sudetti Beni, quale all' incontro riuscirebbe meglio alle mani del Padre Rettore pro tempore, anche per convertire li frutti in uso de Signori Convittori; perciò la sudetta Casa, e Beni di Castellazzo faranno in amministrazione delli molto

RR. PP. Rettori pro tempore, unendo li Frutti de medemi Beni col prodotto delle Dozzine ed altri Epolumenti come sopra per renderne conto come sopra, restando a carico de medemi PP. Rettori di compire ancora con detto prodotto l'interesse dovuto a PP. Somaſchi, ed ogni altro carico spettante a detti Beni, il prezzo de quali dovrà pagarsi nella maniera, che si spiegherà sotto il Cap. 7.

IV. La direzione poi di questo Collegio in perpetuo colle sudette ed infraſcritte condizioni si trasferisce in detti molto Reverendi Padri tenendo li Sig. Conservatori per fermo, che intieramente corrisponderanno alla confidenza in loro dimostrata da Sig. Conservatori, e dal Fondatore medemo, e nel regolamento de Sig. Convittori, e nella elezione de soggetti per tempo.

V. Per formare col beneficio del tempo un Collegio Regolare, assegnerà l'Illustrissimo Capitolo del detto Collegio Longone di mano in mano che andrà occorrendo le Case proprie, ed acquisterà l'altra (come, e quando più chiaramente si spiegherà abbasso nel Cap. 9.) che sono necessarii in conformità del disegno comunicato al detto Illustrissimo Capitolo, e che al medemo si consegna per copia autentica da riporsi, e conservarsi nel di lui Archivio, riservandosi li detti Sig. Conservatori in detto Collegio una Sala destinata per li Capitoli da farsi ogni mese a tenore delle ordinazioni Capitolari, ed anche di più se porterà il caso, con facoltà ad ognuno de Sig. Conservatori di chiamarlo quando sarà spediante, ed in questa Sala, se così stimeranno li Sig. Conservatori potranno riporsi il loro Archivio, le Chiavi del quale resteranno sempre presso quel Sig. Conservatore, che secondo l'Istituto deve essere Segretario Decano della Cancellaria Segreta.

VI. Delle rendite de Fondi, ed altri effetti del Collegio Longone si riservano li Sig. Conservatori anno Lire tre mila di netto per ristora del medemo, affine massimamente di reintegrarlo di quelle, che per causa della sudetta Fabrica verranno a diminuirsi, o per l'assegno delle Case proprie, o per l'acquisto delle altre bisognevoli, con dichiarazione ancora, che fra tanto per l'uso delle Case, delle quali attualmente si valgono i sudetti RR. PP. ad uso del Collegio in avvenire non pagaranno fitto alcuno.

VII. Li di più di dette rendite oltre le Lire tre mila riservate come sopra, che potesse avanzare di tempo in tempo, d'anno in anno, dall' Illustrissimo Capitolo dovrà farsi passare al Padre Rettore pro tempore corrispettivamente a che li PP. mediante l' uso del godimento del Collegio senza fitto, ed il prodotto delle Dozzine, ed ogni altro emolumento da ricavarli per causa, ed occasione dell' educazione de Signori Convittori, faranno tenuti a cinque intiere Dozzine, o dieci mezza Dozzine ad arbitrio de Signori Conservatori per altri tanti Sig. Alunni da eleggersi da medemi Sig.